



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XCVI. De eadem materia textus in l. hæredes mei §. cum it à ff. ad
Trebell. super resolutione numeri pluralis in singularitates; Et præsertim
ubi conditio mortis plurium respicit duos gradus, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

nendo ipsis vocatis revocabiliter tamen relicta censetur, ut in terminis individualibus consimilis dispositionis ponderatur in Bonon. fidei. de Guidot. 2.4. Iamarij & s. Junij 1648 coram Arguelles, & de quarum decisionum causa non autem examine habetur in eadem Bonon. supra dicta. 44. Scilicet hæc quidem tanquam Advocatus ad requirentis opportunitatem, sub diverso tamen stylo, sed pro eo iudicio, quod in causis extra Curiam efformari potest, reflectendo etiam ad veritatem, credebam Imperiali bonum jus assistere, incertus tamen est causa existens vel status.

11. *Doktores sunt intelligendi justa differentia allegant.*
12. *De differentia inter casum, in quo non sunt institutus vel plures.*
13. *De interpretatione Statuti Avenionis, si substitutione non egreditur tertium gradus de illius ratione, & quomodo procedat.*
14. *Quod procedat in substitutionibus directis improbarunt.*
15. *Substitutiones directe non possunt esse plures, sed una effectum fortunam evanescent.*

DISC. XCVI.

AVENIONEN. FIDEICOMMISSI

PRO

BARTHOLOMÆO ET ALIIS
DE CRIVELLIS.

CVI

PIO OPERE ELEEMOSYNÆ
GENERALIS.

Responsum ad causam.

De eadem materia textus in l. heredes mei §. cum ita f. ad trebell. super resolutione numeri pluralis in singulartates; Et præfertim ubi conditio mortis plurium respicit duos gradus, An tunc cesset dicta resolutio necne.

Et de interpretatione Statuti Avenionensis prohibentis durationem fideicommissi ultia tres substitutionum gradus, quomodo intelligendum veniat.

S V M M A R I V M.

1. *Facti series.*
2. *Puncti disputationis.*
3. *De Regula ut numerus pluralis resolvatur in singularites.*
4. *Contrarium quod conditio debeat purificari in persona omnium.*
5. *Contrarium verius juxta regulam, de qua num. 3.*
6. *De prima limitatione in substitutione directa vulgaris vel pupillari.*
7. *De alia limitatione resultante ab individualitate & subjecta materia.*
8. *Tunc non intrat ordo successorius, sed potius jus non decrescendi.*
9. *De alia limitatione, ubi adest persona prædicta remissive.*
10. *De alia limitatione, ubi sunt duo gradus substitutionum quomodo intelligatur & procedatur.*

Bartolomeus de Jacobis, institutus, Josepho, Honorato, Raymundo, Aldoro quinque ejus filii atque reciproca inter se ipsos ordinata, in port one morientis absque eis omnibus, eorumque filii ita morientibus substituit Ludovisianum filium, ipse dicitur. Cum autem, excepto Theodoro, ex quinque perpestis Isabella filia, reliqui omnes obsecratae prole, atque Hororatus, in quo ultimo anno aliorum trium fratrum portiones consolidatae rānt, heredem seripfissim pium opus Eleemosynæ generalis Civitatis Avenionensis, Hinc Bartolomeus & frater de Crivellis filii dictæ Ladonæ prædefunctæ pretendentes factum esse ultima substitutionis in quatuor portionibus rerum hereditum absque prole defundunt, prout in eum instituerunt contra dictum pium Opus ram illo Auditore Generali, à quo sententiam vorabilem reportarunt, à qua per appetitum causa introducta in illa Rota, in hoc familiæ dictorum actorum requisitus fui ad scribendum causa opportunatam.

Duo autem erant fundamentari causa dictæ substitutionis expiratione, ac bona libertate contendens; Primo scilicet super conditionis mortis omnium absque prole, ex uno eorum, nempe Theodoro lope de Isabella filia ex qua etiam defundita via figura Joanna; Et secundò ex Statuto Avenionensi ponente substitutiones fieri vel durare ultra gradus, qui jam consumpti dicebantur in ipsius horato ultimo defuncto, in quo effectiva erunt tres substitutions Joannis, Josephi, & mundi ejus fratrum successivè defunctorum.

Quatenus igitur pertinet ad primum. Referendi regulam sine dubio assistere actoribus, in certe necesse non sit conditionem in persona omni purificari, sed attendi debeat substitutionem, in quibus purificatur, ita resolvente pluraliter in singularitates, juxta dispositionem certe in l. heredes mei §. cum ita f. ad trebell. in substitutione liqua ex limita tionibus eidem regule trahi possunt, super quibus tantum hodie cadere solet, & quibus non autem super regula passim recepta.

Licet enim juris propositiones habentibus, qui omne dicunt, nihil excludit, quodcumque concepta in casu mortis plurium sine filiis, purificata dici non valeat, nisi ex uno illi impetratur cum copulativa, scilicet, nisi in omnibus implitur ad textus in lib. f. heredi plur. f. de remissione & ex quibus propositionibus plures agunt resolutionem numeri pluralis in singulariterem, sed exigunt copulativam verificationem conditionis in persona omnium sequendo folio consil. 23. Oldradi, cum quo pertinente. Dic consil. 594. num. 2. & 3. Manie, de coniunct. lib. 13. v.

n. 29. Menoch. l. 4. presumpt. 186. num. 29. cum sequen. Fusar. ques. 473. num. 93. & passim per totam quæstionem; Atque his propositionibus iuridicis accedant etiam regulæ grammaticales idem docentes, ut sermo conceptus in persona omnium simul copularum non conveniat aliquibus tantum, cum resolutione numeri pluralis in singularem.

Attamen ex verisimili ac presumpta testatoris voluntate lex alias interpretatur, atque resolvendi numerum plurem in singularitatem, attendit discretivam purificationem conditionis in ijs, qui absque prole moriuntur, non curato, quod exceptis filiis superfluit juxta expressam dispositionem text. in d. l. heredes mei §. cum ita f. ad trebell. per quem rejectis pluribus intellectibus, qui per tenentes contrariam opinionem ut supra huic legi dari solent, ita in fideicommissaria substitutione tenet magis communis & recepta DD. schola secundo theorican Bart. ibid. ex plenè relatis per Manic. Menoch. & Fusar. ubi supra, Cyriac. controv. 114. num. 14. cum sequen. Rovit. conf. 76. & 77. l. 1. & per magnum collectorem Castill. lib. 5. controv. c. 121. ubi cum consueta prolixitate usque ad naufragium utriusque sententie sequaces referunt.

Arque hanc opinionem perpetuò tenuit Rota Romana ut potè magis probabilem ac testatoris voluntati adaptatam, sequendo decis. 804. par. 1. divers. que reputatur in materia magistralis, ut apud Greg. dec. 296. dec. 145. & 316. par. 1. rec. dec. 437. par. 9. repetit. post Censal. ad Peregr. dec. 32. & post hac scripta dictum fuit in Romana fideicom. de Ferratinis 14. Maij 1666. & 14. Januarij 1667. coram Oatalora, & in Firmano fideicom. 14. Junij 1669. coram Albergato edita in causa de qua infra decis. 98. in qua aliae recensentur. Unde propterea regula videtur hodie omnino firma non admittens amplius questionem cadentem solum in limitationibus dictæ regulæ traditis, super earum applicatione, cum pariter certum sit, juxta generalē ultimarum voluntatum naturam, hujusmodi regulam aliud non inducere nisi presumptivam voluntatis testatoris probationem ex contraria probatione, vel fortioribus presumptionibus absque dubio elidibilem; Sicuti enim testator abhorrendo extraneum hæredem morientis absque filiis vocare voluit substitutum in tota hæreditate quatenus omnes ita deficerent, ita eundem vocare voluit in ea portione in qua talis conditio verificaretur; Et quamvis plerique infistere soleant in formalitate verborum, & an adlit nec nè verbum si omnes vel simile, attamen id non curatur ut d. dec. 296. Gregor. & in aliis allegatis.

Quatuor autem tradi solent limitationes, Primo scilicet ubi agitur de substitutione directa vulgari vel pupillari, que vicem habent primæ institutionis dicitur de jure individua, ideoq; juxta unam opinionem probabilitorem, conditio exigit purificationem in persona omnium inconveniens, nè eadem directa successio diverso jure censeatur, quod in fideicommissaria non intrat juxta receptam distinctionem Bartoli in eodem §. cum ita, ex deducitis per Cyriac d. controv. 114. n. 6. cum sequen. Manic. d. lib. 11. tit. 5. n. 9. cum sequen. ac alios supra recentitos, sed neque opus fuit de hujusmodi limitationis veritate ac intelligentia tractare, ut potè extra causum quæstionis, laudabili Curia styllo prohibenter evagationes in superfluis.

Altera est limitatio, ubi ex resolutione numeri pluralis in singularitates obtineri non potest finis seu effectus individus per testatorem volitus ex tota hæreditate, puta quia ex illa mander construi

Ecclesiam vel aliud opus, cui aliqua portio incongrua sit; Siue quid ita suadet subiecta materia de sui natura individua, & non apta recipere divisionem portionum diverso jure censendarum, quia nempe agatur de successione in Regno vel in feudo Dignitatis de sui natura individuo, qualis est causus de quo agit Oldrad. d. conf. 231. qui in hac ratione suum responsum fundat, ideoque male per aliquos haec auctoritas deducit pro regula contraria: Siue quid mandetur erigiprimogenitorum juxta casum, de quo agit Menoch. conf. 232. n. 61. & sequens, cum similibus; Data enim individuitate ex judicio testatoris, vel ex ipsa subiecta materia de sui natura, aut ex destinatione ac structura individua, tunc inter plures gravatos dari dicunt divisione portionum quoad solum exercitum seu commoditym, non autem quoad substantiam que remanet individua penes omnes gravatos, & quilibet eorum insolidum, itaut uno deficiente, intrent potius termini juris non decrescendi, quam illi successio vel substitutionis juxta ea, quae habentur deducta in Mutinensis sub tit. de feudis discurs. 8. & insinuantur etiam in proposito huic materiæ fideicommissaria insa in Romana palati de Capranica dis. 106. ideoque dari non potest transitus ad novum ac diversum genus personarum, nisi primo totaliter evacuato, Sed pariter haec limitatio extraera erat a casu controversiarum, & propter ea de illius substantia vel intelligentia agere non oportuit, solumque opportunè ac citra evagationis defectum haec obiter insinabantur ad tollendum & quicunque aliorum scribentium, tam pro hac parte quam in contrarium, qui cum consueto leguleco inepio stylo consuetabat auctoritates istum casum seu terminos percutientes, nimium propoundingo vel respondendo super eis se diffundentes.

Tertia est limitatio, ubi superest persona prædicta; Verum extranea quoque erat haec limitatio à casu dum contentio non erat cum tali persona, ut erat in casibus de quibus in Vrbevetana, & in Firmano disc. proxime sequentibus, in quibus de hac limitatione, de qua solum inspici debuisset cum dicta Joannæ Isabellæ filia, qua tunc, ut supponetur, non erat in causa.

Restringebatur ergo tota inspectio ad quartam limitationem ad casum applicabilem, ubi s. conditio mortis absque filiis respicit duos gradus, puta institutorum ac eorum filiorum, quo casu non intrare dictam regulam ex auctoritate Jasonis conf. 232. l. 2. in 2. dub. & Zanch. in eodem §. cum ita par. 8. n. 289. firmant Menoch. lib. 4. presumpt. 186. n. 42. & Fusar. d. q. 473. n. 126. ac sentire videtur etiam Peregr. d. art. 43. n. 68. Ideoque cum ista substitutione ad favorem Ludovisiæ ac suorum respiceret dictos duos gradus hæredum, suorumque filiorum, insinabatur ex parte rei conventi intrare limitationem, ut conditio in persona omnium verificari debeat. Atque ut mihi supponetur, ob dictas auctoritates dicta Rota Avenionensis ex hoc aliquam habebat difficultatem.

Respondi vero, etiam cum sensu veritatis, motivum non intrare ex defectu applicationis, circa quam procedi videbatur cum aliquo sequibzco, capiendo dictas doctrinas simpliciter ac in genere, non indagando, ut decet, de quo casu vere & propriè loquantur; Siquidem Menoch. Intrigiol. & Fusar. quasi per eadem verba unus ab alio mutuando, non examinant limitationem, neque super ea discurrent, sed sunt simplices relatores Jasonis & Zanchii, ideoque istæ moderniores doctrinæ intelligentia

dæ sunt ad limites prædictarum antiquiorum quas
referunt ex collectis per Mandos. cons. f. n. 2. Rot. dec.
474. n. 9 par. 2 rec. & decis. 155. n. 56. par. 6.

Zanchus autem d. n. 299. pariter nihil firmat, sed
solum loquitur relativè ad Iasonem ubi supra & ad
seipsum in eadem par. 8. n. 287. ubi ponit easum de
quo agit Oldrad. d. cons. 231. quoties scilicet ab ini-
tio unus tantum sit institutus heres, cui ejusque filii
absque prole morientibus datus sit substitutus;
Tunc enim juxta distinctionem, de qua plures in-
fra in materia reciprocæ linearis, una tantum linea
ab initio constituta dicitur in primo instituto, om-
nesque filii considerati videntur tanquam unum
corpus seu una persona intellectualis, ipsaque di-
spositio unica & individua censenda est; Et con-
sequenter si ex pluribus filiis in conditione positis,
unus moriatur cum filiis, id sufficit, ut defœcta di-
catur conditio in ordine ad primum gravatum;
Ubi vero plures ab initio sunt instituti, tunc con-
stitutæ dicuntur plures diversæ lineæ, & conse-
quenter ex legi fictione censentur separatae institu-
tiones & substitutiones. quot sunt personæ, seu
portiones, quod etiam repetit idem Zanch. par. 10.
n. 60. cum sequentia que in eisdem terminis unius in-
stituti loquuntur Peregr. d. art. 13. n. 68. idemque est
sensus Iasonis d. cons. 232. n. 3. ubi nec rationem nec
auctoritatem deducendo, institutus super exclusione
Hospitalis. & sic substituti extranei, dum extabant
neptores ex filiis filiorum.

Ideoque dicebam nec auctoritatem nec ratio-
nem adesse, ob quam ista limitatio capere easum,
in quo, pluribus ab initio institutis, aliqui deficiant
cum filiis, & sine, cum ita fingantur, ut dictum est
diversæ ac separatae dispositiones, solaque difficultas
tunc cadit, quando, concursus esset inter sub-
stitutum, & filios superstites ab aliquo ex gravatis
contendentes de pertinencia seu prælatione in
portione morientis absque filiis, quasi quod filii
superstites ex uno, vel jure transmissionis, vel jure
vocationis eriam ad portionem patrii seu alterius
cohæredis ex præsumpta verisimili mente testato-
ris præferri debeat ulteriori substituto extraneo
tanquam subdiariæ vocato post defœctos omnes de
primo genere prius vocato ac prædilecto juxta ca-
sus, de quibus in duabus disc. proxime sequent, sed cel-
stante ista difficultate, ita contentio sit solum in
inter substitutum ac extraneum hæredem, cuicunque
testator voluntaria potius resistit, tunc, etiam in sensu
veritatis, dicebam talam limitationem, nec rationem
nec auctoritatem habere, cum vere præfatae au-
toritates, quæ deducebantur istum easum non
percutiant.

Quoverad ad alium punctum deductum ex Sta-
tuto Avenionensi prohibente ulteriorem substitu-
tionum progressum sive durationem ultrâ tres gra-
duis post primam institutionem, eodem sensu ve-
ritatis pariter retento, atque laudando Statutum,
pro meo sensu rationabile ac ubique introducen-
dum, cum ita cessarent tot lites & inconvenientia;
Dicebam fallaciam claram esse in applicatione,
cum illud inspecta ejus ratione intelligendum ve-
niat de tribus gradibus successivis in eisdemmet
bonis & ex eisdem personis, putâ quod primo hæ-
rede instituto gravato restituere ejus filiis, isti re-
stituant neptoribus, & nepotes proneptoribus,
penes quos fideicommissum expiret, ex ea pro-
babili ratione, quod sufficere debet conservatio
bonorum & memorie testatoris per tres genera-
tiones, probabiliter absorbentes spatium unius sæculi
& ultra, quando memoria hujusmodi ambitio-

rum hominum conservatur; Post primi vel
culi lapsum, ob incertitudines tam circa regula-
tionem personarum, quam circa identitatem
notum ex tempore antiquitate resolutas
diurnam eorum possessionem peccata
fideicommissa frequentius Reipublicæ pene
niciose videntur ob magnas ac inexhaustas
exinde resultantes, ac etiam ob impedimenta
libertatis commercij; Secùs autem ubi plures
ab initio instituti, inter eoldem primi gradus
redes ordinata est reciproca, cuius vigore possit
succedat omnibus alijs absque prole mortuis
quoniam tunc in substantia videtur una
substitutionis gradus in eodem perfici-
nere, ac tanquam per speciem confundere
omnium portionum in una persona ultima
sufficie, perinde ac si ista esset solum ab initio
juxta ea quæ habemus supra in proprio filio
in conditione positorum, qui ex Sanc-
tis etiæ censentur vocati, quoniam hoc
sit, ut vocatio intelligatur quadam portione
pri patenüs non autem patrui, attamenque
prædefuncto parens illi ex reciproca
vocatio intelligitur in toto, quia totam per
effecta dicitur unica portio, perinde ac si ipsa
institutus esset; Atque alia si ab initio
reciproca instituti essent quinque vel sex
filii, tunc postquam obierant primi, in quæ
dicta reciproca effectum sortita est, possit
bona remanere deberent libera, quædā
ab absurdum ac improbabile, quia reverberat
una substitutio, sive unicus gradus in
genera.

Aliqui ex scribentibus pro auctoribus, em-
demque unus doctus I. C. insitibant in
istud Statutum intelligendum sit de tribus
stitutionibus directis, non autem fideicommissis.
Verum istud motivum nullatenus placet, in
quia nullum habebat fomentum auctori
minusque rationis, quæ verè & propriè
illa superius insinuata, quod sufficere debet
gressus successivus trium generationum; si
etiam quia contrarium ad evidentiam con-
videbatur ex ipliūmet Statuti contextu, dimi-
quiritur de tribus substitutionibus effectuari
primam institutionem, quod impossibile est
rificari in pluribus substitutionibus directis
quarum concursus non datur, quoniam eis
substitutiones directæ essent centum, illæ
aegendæ veniunt per alternativam, non ambi-
copulativam, adeo ut eo ipso quod unicam
fectum sortitur reliqua omnes evanescant
in l. si mater s. fin. & l. qui habebat fil. de r. dyp-
cum concord. per Menoch. lib. 4. præsumt. 70. et
cons. 399. nu. 16. & seq. & per Rotam dec. 19. pa-
rec. nu. 2. in Bononiæ fideicom. de Pauli
Marij 1659. coram Priolo. & passim, quantum
principium absolutum, Ergo impossibile est
easum trium graduum effectuorum, deinceps
loquitur Statutum.

Incertum est qualis fuerit causa exitus, pro-
contra dictum locum pium credebam posse
exiturum ad favorem auctorum, quoniam res
solum aliqua difficultas cadere posse videbatur
concursu dictæ Ioanne neptis unius et de
primo instituti, quatenus ista veniret a causa
ex ijs, quæ habentur ijs in duabus disc. pro-
ximè sequentibus, quod tamen exami-
non fuit, dum supponebatur illam non ei-
in causa.